



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Vacatione per mortem. Tit. 2

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

impetrantem, modò sit unicus : *Garcias d. loc. num. 10. post Felin. in c. in nostra. de rescript. can. 37. Selvam d. loco.* II. Si aliud appareat non de Impetrantis opinione ; ut volunt Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 201. num. 105. Mandos. reg. 30. qu. 7. num. 22. & alii; sed Mandantis ; scilicet Papæ d. c. suscepsum. *Papaz. in addit. decis. 1. de rescript. in nov. num. 4.* III. Si facta acceptatio : *Felin. & Selva d. loc. Franc. ad d. c. suscepsum num. 12. Menoch. d. loco. num. 106.* IV. Si exprimatur certus vacationis modus cum clausula , vel alio quovis modo. *Garcias d. loco. 21. fusc.*

Vacationis autem modi p̄cipui sunt sex : Beneficiati 1. Mors. 2. Renunciatio. 3. Promotio ad aliud Beneficium incompatibile. 4. Matrimonium. 5. Religionis ingressus. 6. Privatio. Videndum de singulis.

## TITULUS II.

### De Vacacione per mortem.

#### S U M M A R I A.

1. *Beneficia vacant per Beneficiatorū mortem :* 4. *Cum in Ecclesia Præbendarum numerus non definitus.*  
*Quare ?*
2. *Ut taliter vacantium procedat Collatio, quæ necessaria.* 5. *Cum Beneficium est de mensa.*
3. *Per mortem non vacat Beneficium , cum super pressum.* 6. *Quæ hic auctoritas Ordinarii ante Concilium Tridentinum.*
7. *Quæ hodierna.*

**C**um Beneficiarii rerum Ecclesiasticarum non habeant proprietatem ac dominium; sed tantum usum aut usum frumentum; ut diximus supra lib. 1. tit. 4. consequens est Beneficia non transire ad heredes, s. finitur. *Inst. de usfr. Itaque*

[Qqq] 3

que

que dicuntur. *Beneficiariis mortuis vacare*; ut conferri possint alii  
c. *susceptum. 6. d. rescript. in 6. c. 3. de concess. prabend. in 6.*

<sup>2</sup> Sed ut Collatio tum sit efficax, duo imprimis sunt necessaria:  
*Primum*: Ut Beneficiarius tempore Collationis sit fato functus: Si  
enim quis vivi adhuc & superstitis Beneficium impetraverit, ne secun-  
da quidem Collatio, postea eo mortuo facta, valebit. *Alterum*: Quod tantum effluxerit temporis à Beneficiarii morte, ut verisimiliter  
de ea certior potuerit fieri Pontifex. Eaque de re duo Pontifici ca-  
nones vulgares & omnibus noti leguntur. *Duar. de benef. libr. 7.*  
*cap. 1.*

Quod autem diximus mortuo Beneficiario vacare Beneficium,  
id non est perpetuum, sed quosdam habet exceptions.

<sup>3</sup> *1. Cum Beneficium est suppressum ab habente porestatem; t.  
cum accessissent. de confit. ubi Dd. vel unitum accessoriis. Gonzalez d.  
reg. mensum. Gloss. 15. à num. 3.*

<sup>4</sup> *2. Cum in Ecclesia aliqua non est certus & definitus Canoni-  
corum & Præbendarum numerus. Tunc enim uno ex Canonis mor-  
tu, non continuè dicitur vacare Beneficium; ut in eius locum suffi-  
ciatur alias. c. ex parte. de concess. prabend. c. d. lecto. de prabend. & ibi Dd.  
Gonzalez. d. loc. Gloss. 9. §. 13. Durar. d. loco. Garcias de benef. part. 10.  
cap. 2. num. fin.*

<sup>5</sup> *3. Cum Beneficium est de mensa Prælati, Dignitatis seu Capitu-  
li: nempe quod est unitum eorum mensæ, seu quoad spiritualia &  
temporalia. Nam hujusmodi beneficia non possunt vacare per mor-  
tem Clericorum illis inservientium, quibus illorum fructus quandoque  
conceduntur; cum Illi non sint proprii Rectores seu Beneficiarii, sed  
veluti Usufructuarii; & sic eis mortuis, ad instar usufructus, confor-  
mantur mensæ.*

<sup>6</sup> *Accedit quod ordinarii, ante Concilium Tridentinum ad ejus-  
modi beneficia regenda, poterant tantum constitucere Vicarios ad tem-  
pus; non in perpetuum; nisi essent curata. c. extirpanda. §. qui vers. de  
prabend. Gloss. in Clem. 1. de rescript. verb. haberent. & Clem. 1. verb. de  
mensa. de supplend. neglig. Prælat. & Clem. 1. §. quidam etiam. verb. ad  
mensam de excess. Prælat. & ibid. Dd. Quæ adjunctio faciebat, ut ille  
nec-*

Corvinus  
De Personis  
et Beneficis Ecclesiast.

G IV.  
32

neficium, cui proprius alioqui præficeretur Gubernator, intelligere esse pars Episcopii : *d. Clem. I. de excessib. Pralat.*

Poslunt hodie post Concilium Tridentinum *sess. 7. de reformat.* 7  
*cap. 7. Ordinarii deputare Vicarios perpetuos in beneficiis curatis unitis, omnibus appellationibus, privilegiis, exceptionibus, &c. non obstantibus; nisi aliter videatur expedire: Navar. conf. 9. de præbend.*  
*num. 9. Flores de Mena, quest. 10. num. 39. Sac. Congregat. ad d. Concil. loc.*

### TITULUS III.

#### De Vacatione per Renuntiationem.

##### SUMMARIA.

1. *Vacat Beneficium per 4. Renunciari quomodo Renuntiationem.* *debeat.*
2. *Cujus auctoritate ea fieri 5. Renuntiationis quis effectus.*
3. *Beneficio suo quis recte 6. Quid ad illum necessarium renunciet.*

**V**acat etiam Beneficium per Beneficiarii spontaneam Renuntiationem, ejurationem appellat *Duarenus de benefic. lib. 8. cap. 2.* alii, sed male, Refignationem.

Fieri potest accidente *Aniſtitus Superioris consensu* 2  
 atque auctoritate; Nec enim licet, veniam non impetrata, alicui Ecclesiastim sibi commissam deserere. c. *admonet. de renuntiat. consigilium. i. qu. 1.* Nec non accidente consensu Patroni, si Ecclesia agnoscat Patronum. *Panorm. in c. significatum. 11. de præbend.*

*Renuntiare* Beneficio suo quisquis adulterus potest, justa probabilitate causa ductus; nec refert, sanus an infirmus sit, adeo ut infest mors.